

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Johannis Quistorpii, S.S. Th. D. Pastoris ac Professoris ...
Academia Rostochiensi, Quo Ad Exequias ... Iuveni Conrado Tölken/ Artium
liberalium Studiosissimo Osnabrugio Westphalo. Hodie ... adornandas Omnes
Omnium Ordinum Cives Academicos peramanter invitat : P. P. 16. Martii Anno
M.DC.LIV.**

Rostochi[i]: Kilius, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826832>

Druck Freier  Zugang



Quistorp, J,

in C. Tölke.

Rostoch. 1654.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776826832/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826832/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776826832/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826832/phys_0004)

DFG

65.

PROGRAMMA
RECTORIS
JOHANNIS QVISTORPII,
S. S. Th. D. Pastoris ac Professoris,
in Ecclesiâ & Academiâ
Rostochiensi,
Quo
Ad Exequias
PRÆSTANTISSIMO ET EXIMIO
JUVENI
CONRADÖ Tölken/

Artium liberalium Studiosissimo
Osnabrugâ Westphalo.
Hodie horâ primâ adornandas
OMNES OMNIUM ORDINUM CIVES ACADEMICOS
peramanter invitat.

P. P. 16. Martii A N N O
M. DC. LIV.



ROSTOCHI,

Litteris NICOLAI KILI, Acad. Typogr.

14

A M B R O S I U S
In Hexamero.

Nudi omnes nascimur, nudi
morimur. Nulla distinctio inter ca-
davera mortuorum, nisi fortè
quia gravius foetent divi
cum corpora distenta
luxuriā.

RECTOR
JOHANNES QUISTORPIUS,
S.S. Th. D. Prof. & Past. in Acad.
& Eccles. Rostochiensi.



Biiit ex hac mortalitate
Præstantissimus & Eximus Juve-
nis CONRADUS Tölsken Abiit;
quia Divino Decreto, ac benepla-
cito; (cui insana saltē & impia
Sincipita contradicant) obsecundare debuit.
Abiit; quia felicior, meliorisq; conditionis esse
non potuit cœteris mortalibus, quos pallida illa
Mors, sub sua jura redigit; quos de suo statu &
vitæ genere; in feralem suam dejicit potestatem,
& ad Divinæ nutum providentiæ, è rebus hiscè
mortalium extrahit & surripit. Illa enim est,
quæ nullius statum, præstantiam, dignitatemq;
respicit. Interrogabis quare? Respondebo cum
Pericle apud Thucyd. lib. II. πάντα πέφυκε καὶ ἐλασσοῦ
i. e. naturā comparatum est, ut omnia decrescant.
Illa est, quæ nec sapientiæ scientiæq; aut cultores,
aut Professores moratur; & ut navim interdum
improvisus vortex absorbet, (ut cum Lipsio lo-
quar. Cent. I. Ep. 42.) ita tetra hæc mors, præ-
sertim eos, quibus indoles melior, & ingenium
supra annos, è consortio viventium tollit, Et

A 2

ur

ut elegantissimē quidam non postremus Poe-
taruin.

Docta recessuris quid prodest lingua sophistis,
Qui voluere loqui curva rotanda poli.

Archytas, Pythagoras, Aratus, Cato, Plato Chrysippus,
Turba Cleanthorum, stulta favilla cubat. (rus,
Quid vē poeta potest? Maro, Naso Menander Home-
Quorum nuda in humo, membra sepulta tegunt,
Cum venit extremum neq; Musis carmina prosunt,
Nec juvat eloquio detinuisse melos.

Sic dum puncta cadunt, fugiunt praesentia rerum
Et vita tabulam tessera raptā levat.

Uno verbo. Omnibus hominibus naturaliter
mors est destinata: Novimusq; jam expertiq; su-
mus in aliis, legem universo humano generi da-
tam; nec magis mirum aut novum mori homi-
nem, quam nasci. Expertus id ipsum, & quidem
in se iplo. Juvenis nominatus, egregiæq; indolis
CONRADUS Tölken. Qui Anno M.DC.XXI.
die 28. Octobris, ipso Simonis & Judæ festo, inter
Sextam & Septimam matutinam natus. Et qui-
dem parentibus honestissimis & integerrimis.
Patre videlicet **JOHANNE Tölke** apud Osnab-
rugenses Civis Spectatissimo. Matre vero **Engel**
Meyers. Fœminâ muliebribus condecoratâ Vir-
tutibus, quæ etiam præter lapsu anno, & quidem
in ipso Michaelis Archangeli festo, ex hac morta-
litate

litate ad Angelorum vitam & consortium semper
contulit. Avus ejus erat Paternus CONRADUS
Eölke/Civitatis Osnabrugensis quondam tribu-
nus plebis, Virq; prudentiâ, & morum integrata-
te conspicuus. Avia ejus paterna erat MARGA-
RETA Schessings / Fœmina virtutibus sexum
hunc decentibus exornata. Avus maternus fuit
Dn. ABEL Meder. Vir honestissimus. Avia ma-
terna ANNA Zepes. Mulier laudatissima. Hisce
parentibus & majoribus genuinæ probitatis atq;
integritatis progenitus, per regenerationis lava-
crum, gremio Ecclesiæ CHRISTI insertus, & in
pietate, in omniumq; bonorum morum culturâ
est educatus. Cum verò Divinâ clementiâ aspi-
rante, ad octavum annum teneram suam per-
duxisset ætatem, ad patriū Gymnasiū ablegatus,
& præceptoribus doctissimis fuerat commenda-
tus, ut seriorem compararet eruditionem, majo-
resq; in literis cū pietate erga Deū conjungendis
progressus ficeret. Ubi nō exigua Sermonis latini
jecisset fundamenta, ardore erga majorē Studio-
rum amorem correptus, Hervordiam petiit, ibi-
demq; ut in Osnabrugensi Gymnasio, magnam
suam diligentiam & obedientiam, præceptorि-
bus suis contestatus fuit (quemadmodum publi-
ca, à Clarissimis ibidem viventibus Rectoribus,
vitæ integræ & diligentiae data ipsius est testimo-

nia luculentē declarant) Positis autem in hiscè
Gymnasiis, laudabilibus linguarum & Philoso-
phiæ fundamentis, à parentibus aliisq; Mœcena-
tib⁹, egregiam ejus, & ad majora natam in dolem
perspicientibus, ad regias Scholas amandatus,
Anno præterlapso 1653. circā festum Paschatos,
hoc Palladium Sapientiæ ad Varnum situm visi-
tavit; & per totum tempus vitæ suæ, in hocce lo-
co, virtuti & literis, strenuam, tum in publicis,
tum in privatis Collegiis operam navavit; in in-
formandis, Dn. JOACHIMI Kochs / Civis hujus
Reipubl. spectatissimi, prudentiæq; virtute, cum
favore ergâ literatos conjunctâ conspicui liberis,
non mediocrem fidelitatem ac sedulitatem præ-
stít. Cum verò Divinæ Voluntati, cui nemo nisi
impia mens refragetur, placuerit, ut hic piè de-
functus, morbō quodam corriperetur, totum
semetipsum, Divino beneplacito devovit,
morbumq; patientissimè, ut virtutum scholam,
& vitiorum quoddam macellum sustinuit. Die
verò Veneris ante obitum, videlicet 27. die
Mensis Januarii, cum nimium cordis sentiret do-
lorem, ut ejus die ivespertino tempore lecto affi-
gi debuerit, mortem sibi instare ipsem, aper-
tis verbis præsagiit. Remedia quidem, à DEO
ipso nobis ordinata, non sprevit; nocte q; præter-
lapsa, die Sabbati accedente, Vitum Clarissimum

Dn.

Dr. JOHANNEM BACKMEISTERUM;
*Dōctorem medicinae experientissimum, accessiri curāvit; Qui piē defunctō, nil nisi sanguinem evomenti, pro extremo remedio phlebotomiam ordinavit; summamq; revera adhibuit operam ut defunctus pristinæ restitui posset sanitati. Sed frustrā omnia fuere. Cum contrā vim mortis (ut vulgò dicitur) non sit medicina in hortis; & cum fatalem metam, à Divinā providentia cuivis mortalium determinatam, nemo ullo modō vel artificio, aut extendere, aut declinare valeat, D E O itaq; Optimo sic ordinante ḥ manegemtis noster, die subsequenti Solis, nempè 29. die Januarij, inter 10, & 11. horam, catarro fermè suffocatus; in nominis Divini invocatione, firmissimā Salvatoris nostri CHRISTI JESU fide, mundo huic piissimè & placidissimè valedixit; dum ante 14. dies, è Viro Reverendo plurimum Clarissimo, Dn. M. REMBERTO Sandthagen / Ecclesiaste ad D. Nicolaum vigilissimo, Amico & Collegā nostro honoratissimo, extre-
mum illud viaticum Sacrosanctam videlicet Eucharistiam, in templo D. Nicolai debitā reverentiā ac religione accepisset. Fateor, non mediocri mōrō pa-
rens mōstissimus cum omnibus amicis, obtam immatum & vix speratum dulcissimi, magnæq; spei filii obi-
tum corripietur. Verum facile frenam mōrō, cūm o-
mnibus injiciet; Si semet in hoc luctuosissimo casu,
Divinæ conformabit voluntati; absq; quā nec capillus mortalium ē vertice capitis decidere consuevit; &
absq; quā nemō ex hac vitæ scenā, proprio motu aut
injussus abire solet. Facile, non injusto licet, & ali-
quam paterni amoris gloriam promerenti dolorite m-
perabit, si hæc, quæ piē defunctus loqui videtur, atten-
tius audiet. Abite cum yano luctu intempestivi. Non
hic*

hic querelis locus aut precibus. At immaturus vobis
abeo. immaturus? videte nè erretis. Maturus ad mor-
tem fui, quām primum natus , imò antequām natus.
Quid enim quærar? Quid natus sim, scio : imbecillum
corpus, fragile, ad omnem contumeliam projectum,
morbi pabulum, mortis victima. En quisquis es, fame
spes aut res, animo cras non future, aut alibi future.
Vos verò, OMNIUM ORDINUM CIVES
ACADEMIÆ honoratissimi (amicè & officiosè
obsecro) / frequentes, hunc piè defunctum Juvenem
comitemini. Exuvias corporis ejus decenter, & ani-
mo Christiano, ad sepulchrum deducite; Vosq; ipsos
ad similem ex hac vitâ exitum, certissimum equidem,
sed incertissimâ horâ venturum, tempestivè præparate.
Nolite per Deum fidere hodiernæ vestræ sanitati, Omnis
momento state ante januam aeternitatis. Dum sani, dum
vegeti estis; discite ægrotare, discite mori. Utrumq;
raræ artis est, quam utrum sciatis; experiri non licet.,
sinè dispendio aeternæ felicitatis. moriendo semel tan-
sum erratur; sed hic error, nunquam in omnes aeterni-
tates emendatur. P. P. sub Sigillo Academiæ
die 16. Martii A.D. 1654.

Conventus fiet horâ primâ in Templo Mariano.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776826832/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826832/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776826832/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826832/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776826832/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776826832/phys_0016)



Dicitus JOHANNEM BACKer
Doctorum medicina experientissimu
vit; Qui piè defuncto, nil nisi sa
ti, pro extremo remedio phlebo
summamq; revera adhibuit ope
pristinæ restitui posset sanitati
fuere. Cum contrà vim mortis (ut
sit medicina in hortis; & cum fatale
providentiâ cuvis mortalium det
ullo modô vel artificio, aut exten
valeat, DeO itaq; Optimo sic or
noster, die subsequenti Solis, nempe
ter 10, & II. horam, catarro fermè su
nis Divini invocatione, fit missa
CHRISTI JESU fide, mundo
cidiissime valedixit; dum ante 14.
rendo plurimum Clarissimo, Domino
Sandthagen / Ecclesiaste ad D. Nic
olo, Amico & Collegâ nostro hon
num illud viaticum Sacrosanctam
stiam, in templo D. Nicolai debitâ
gione accepisset. Fatigato, non me
rens mœstissimus cum omnibus amic
rum & vix speratum dulcissimi, mag
num corripiebat. Verum facile fre
mnibus injiciet; Si semet in hoc l
Divinæ conformabit voluntati; abs
mortalium è vertice capitis decid
absq; quā nemo ex hac vitæ scenâ
injussus abire solet. Facile, non i
quam paterni amoris gloriam prom
perabit, si hæc, quæ piè defunctus lo
cius audiet. Abite cum yano luctu i



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

032

Patch Reference numbers on UTT

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776826832/phys_0017

RUM;
i cura
vomen
linavit;
functus
omnia
ar) non
Divinâ
• nemo
eclinare
akgeutis
arij, in
nomi
s nostri
è & pla
Reve
ERTO
lantissi
, extre
Euchari
ac reli
ore pa
mmatu
lli obi
cüm o
o casu,
capillus
vit; &
otu aut
, & ali
ori tem
, atten
I. Non
hic